semper Au[*ggg.*][2] | . . . Proculo Gregorio v. c., praefecto. annon. urbis Romae[3], curante decorarunt.

Ostiae rep., iam Romae (XIV 137 vidi). — 1) Ad thermas Ostienses pertinet etiam titulus supra N. 334. — 2) A. 375/378. — 3) Ad Gregorium praefectum annonae rescripserunt Valens, Gratianus et Valentinianus a. 377 (cod. Theod. 14,3,15).

5695 thermas rei p. h[*i*]ema[*les rog*]a[*nte*] | populo in ruinam [*de*]-lap[*sas*] | M. Aur. Valerius v. p., ducen[*ari*]|us, ex protectorib. lateri[*s*] | divini[1], de frugalitate sua cte| . . . . orum sa . . . . | [*aedifi*]cavit et lava|ntes[2] rei p. tradidit, epulu|m quoque c[*i*]vibus suis ea | die praebu[*i*]t Messala et | Grato cos.[3], dedicante M. Aur. | Tiberiano v. p., praes. prov. Del.

In vico Viddo, ubi fuit Narona (III 1805 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 2785 not. 2. — 2) Nota thermas dici lavantes. — 3) A. 280.

5696 provocati temporis beatitudinem dd. | impp. Constan[*ti et Constantis*][1] Augustorum[*q*]ue[2] nn., | volumptatem thermarum hiemalium Sex. Cluvius Mar|tinus et M. Caesolius Saturninus omnibus honori|bus functi, de sua pecunia ordini seu civibus Ocri|colanis ad meliorem pulcritudinem pro civica ad|fectione cum augmento operi novi exercientes[3] | adsi[*g*]naverunt et dedicaverunt. | *(Iuxta)* die XVI | k[*a*]l. De|c[*e*]mbr. | Marce|llino et | Pro|bino | con|suli|bus[4].

Ocriculi (XI 4095 semel descripta saec. XVIII exeunte). — 1) Post Constani *(sic traditur) aliqua erasa esse notatur in apographo. Cf. supra N. 729 not. 1. — 2)* AVGVSTORVMOVE *traditur;* que *videtur delendum esse. — 3) Scr.* excientes *(Hirschf.). — 4) A. p. Chr. 341.*

5697 bonae originis suboli et | sinceritate praecipua praedi|to M. Caesolio Saturnino om|nibus honoribus functo, lauda|bili viro[1], restauratori therma|rum hiemalium cum Sex. Cluvio | Martino fratre suo, pro tantis | meritis erga se ordo et cives splen|didissimae ci[*v*]itatis Ocricolanae | statuam marmoream patrono dignissimo ad perenne tes|timonium publice | censuerunt. | Feliciter. *(In latere)* dedicata XVI kal. | Decembres | Marcelli|no et Probi|no conss.

Ocriculi rep., est Romae in Vaticano (XI 4097 viderunt Henzen et Bormann). Una reperta est basis gemella Sex. Cluvio Martino posita (XI 4096). — 1) Cf. Hirschfeld Sitzungsber. Berl. Akad. 1901 p. 607.

5698 M. Sentio Crispino | decurialib. omnibus honer. | functo. Huic ordo et u|niversus populus ob | merita et labores eius | honorem bisel-liatus | et ornamenta decurio|natus gratuita obtulerunt, | quod opera thermarum es|tivalium[1] vetustate corrup|ta s. p. restituit exornavit|que, porticos etiam circum|cingentes colimbum[2] a solo | constituit, statuam[3] ampli|ficandam memoriam eius | ponendam censuerunt. | L. d. d. d.

Interamnae ad Lirim rep., litteris malis (X 5348 vidit Mommsen). — 1) Eaedem thermae aestivae memorantur in titulo anni 408 (X 5349). — 2) Cf. N. 5732. — 3) Insere ad.

---

archive.org